



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De remediis iniudiæ. Cap. XXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

De remediis inuidiae.

C A P. X X I X.

PRIMVM remedium cōtra inuidiam est,
quod etiam summum est, nihil amare &
cupere eorū quæ mūdus amat, id est, diuitias,
honores, voluptates. Tēporalia enim quo plu-
ries diuidūtur; eo partes minores fiunt: & qui
ea appetit, inuidet aliis ea habentibus, dum
necessē est alium carere quod alter habet. Cæ-
lestia autem & diuina, quo plures participant,
eo magis dilatantur & abundant: ut virtutes
& sapientia, & dona Spiritus sancti, & similia,
quæ participatione non minuuntur. Secun-
dum est, cogitare quòd si alius non haberet
illud vnde ei inuides, tamen tu non haberes:
vnde nec inuideas alteri, quod sine dāno tuo
habet, ne frustra de aliena felicitate torquea-
ris. Remedium contra odium est, timere vin-
dictam Dei, qui non remittit homini peccata
sua quād dñs ipse tenet odium ad proximum
suum. Tertium est, cogitare quòd quandoque
oportet cum proximo reconciliari, si vult sal- Mat. 18, 35
uari. Vnde melius est hoc citò fieri quād tar-
dius, ne homo sit in periculo damnationis, &
perdat bona quæ interim operatur. Futuri
enim domestici in domo Patris cælestis, hīc
debēt æternæ pacis fœdus inchoare: quia quā-
to hic seruētior dilectio, tanto illuc erit iucun-
dior fruitio æternæ pacis. Quattum est, ut
studeas illi qui magis est tibi contrarius, obse-
quentior esse & affabilior. Per hoc enim lenis
cor eius si est intelligens, vel saltem cor tuum.
Noli vinci à malo: sed vince in bono malum. Rem. 12, 23
Quid prodest homini dñs meminisse iniuria-
rum, nisi vt amplius inquietet & affligat se-
mē ipsum? Sufficit dici malitia sua. Tanta Mat. 6, 34
enim

190 S. BONAVENTURE

enim sunt nobis molesta, quantumcūque stu-
deamus in nobis esse pacifici: quod si super
hæc volumus ea nobis aggrauare per odij &
rancoris conseruationem, citius obruemur

^{¶. 12. 19} quam omnia resistendo vincamus. Potius iu-

^{¶. 12. 19} ita Apostolum dare locum iræ debemus, &
cedere, & non resistere malo, malum pro malo
reddendo. Quia si velimus omnes opprimere
quos aduersarios patimur, iterum alij insur-
gent, & nos prius succumbemus quam omnes
eliminamemus. Qui scipsum per patientiam vin-
cit, omnes aduersarios superat. Bellabunt ad-
uersum te, sed non præualebunt. Exemplum
in sanctis martyribus. Odium aliquando ge-
neratur ex ira diu retenta.

De ira.

CAP. XXX.

IRAE triplex est qualitas. Prima subito &
ex facilis causa moueri, ut ex leui facto vel
verbo vel e: iam ex vana suspicione. Aliquando
etiam contra insensata commouemur, & ira-
scimur brutis & lapidi & ligno vel calamo, &
huiusmodi sine ratione. Secunda est vehemen-
ter inflammati. Aliquando enim ira tantum in
corde acceditur, quod etiam facies inflam-
matur & deformatur. Aliquando etiam gestus
& mores mobilitate quadam notabili agitan-
tur, ex qua interior animi commotio demon-
stratur: ut sternutatio narium, pallor vel rubor
vultus, depresso palpebrarum, tremor labiorum,
inquietudo totius corporis. Aliquando
per verba erumpit vel clamores, per conuitia,
contumelias, maledicta, & minas, periurias, &
blasphemias. Aliquando quasi febris concuicit
corpus, vel quasi phrenesis mente in furorem
pertinet. Aliquando manus mouet ad lacerandum
alium